



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXIV. Markgraf Ludwig verzichtet für sich und seine Brüder Ludwig den  
Römer und Otto auf das Patronat über den Altar Petri und Pauli in der  
Pfarrkirche zu Eberswalde zu Gunsten des h. ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XXIV. Markgraf Ludwig verzichtet für sich und seine Brüder Ludwig den Römer und Otto auf das Patronat über den Altar Petri und Pauli in der Pfarrkirche zu Eberswalde zu Gunsten des h. Geist-Hospitals daselbst, am 4. November 1350.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludewicus, dei gratia brandenb. et Lufatie Marchio, sancti Romani imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Reni, Bavarie et Karynthie Dux, Tyrolis et Goritie Comes, nec non Aquilegiensis, Trydentinenfis et Brixinenfis ecclesiarum Advocatus, donavimus et presentibus donamus, consideratis et pensatis meritis et obsequiis nobis exhibitis et in antea fidelius exhibendis a fidelibus nostris consulis et civibus in Everswalde, eidem consulis et Provisoribus sancti Spiritus ibidem, Jus patronatus Altaris dedicati in honore beatorum Petri et Pauli apostolorum ecclesie parochialis civitatis nostre predictae presentibus et futuris ad ipsos pacifice pertinendum, post resignationem factam per quendam Arnoldum Altaritam ejusdem sine aliquo impedimento nostro et heredum nostrorum, quotiescunque oportunitas se obtulerit, et maxime ex quo Honorabilis vir Johannes de Gubbyn, Notarius noster, nobis sincere dilectus, Juri, quod habebat in dicto Altari, in presentia nostra jam renunciavit expresse. Poterunt quoque predicti Consules et provisorios illi, quem ad dictum Altare presentaverint, reservata eidem congrua portione reddituum ad dictum altare spectantium, infirmis pro tempore existentibus in curia sancti Spiritus de residuis redditibus providere, sicut eis secundum deum et justitiam videbitur expedire. Renunciantes expresse omni juri, quod nobis et illustribus Principibus Domino Ludewico Romano et Ottoni Marchionibus Brandenburgenfis, fratribus nostris karissimis, et heredibus nostris in presentatione dicti altaris competit ac competere poterit in futurum. In cujus rei Testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero hujus sunt Nobiles viri Güntherus Comes in Swartzburg, Dominus in Spremberg; Ulricus Comes in Lindow, Johannes de Buch, Dominus in Garfedow, et Richardus, Dominus in Kothebus, strenuique viri Fridericus de Lochen, Hasso senior de Wedel, Johannes de Hufen, Camere nostre magister, et Beryngerus Hael, Mariscalcus noster, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in civitate nostra Strutzberg, Anno Domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo, Feria quinta post festum omnium sanctorum.

Nach von der Hagen's Original-Abdruck in der Beschreibung etc., S. 256.

XXV. Die Markgrafen Ludwig und Otto überlassen der Stadt Eberswalde das Lichtersfeld'sche Bruch in bestimmten Grenzen, wie sie es in Besitz gehabt, am 17. Dezember 1352.

Wi Lodewich die Römer vnd Otto, von Gods Gnaden Marggreven tu Brandenburg vnd tu Lufitz, des heiligen Römischen Riekes overster Kemerer, Phallantz Greven bie Ryne vnd Hertogen in Beyern, Bekennen openbar allen gueten Christen Lueten in desseme Brive, dat wi mit Gnaden hebben gegeven vnd geven vnsen lyven getruwen Ratmannen vnd den gemeynen Borgern der Stat tu Everswold, di nu kegenwordich sin vnd die hirnach tu komende sint vmb

Hauptst. I. Bb. XII.